Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-755462-p0001-2

Xm. 87.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-755462-p0002-8

# ERNESTVS PLATNERVS

VNIVERSITATIS LITTERARVM

LIPSIENSIS

H. T.

# PROCANCELLARIVS

PANEGYRIN MEDICAM

D. III. AVG. CIↃIↃCCXCVIII

IN AVDITORIO MAIORI

CONCELEBRANDAM

INDICIT

---

QVAESTIONES MEDICINAE FORENSIS.

VI. DE PARTV VNDECIMESTRI

OBSERVATIO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-755462-p0003-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-755462-p0004-9

Cum multis in locis medicorum dogmaticorum et in aſſentiendo leuitatem, et in aſſeuerando ac demonſtrando arrogantiam fidentiamque ſoleo mirari; tum maxime in phyſiologiae decretis iis, quae a iureconſultis expetita et ad disceptandas ac diiudicandas cauſas iudiciales translata fuerunt. Nam in his non modo quantum vanitatis, ſed etiam quantum noxae habeat illa dogmaticorum ratio, proxime conſpicitur. Atque docuit nos creber et prope quotidianus harum rerum vſus, illis ſcilicet ratis ſententiis et firmis opinionibus, e phyſiologorum ſchola in medicinam forenſem inuectis, multorum hominum famam, incolumitatem, ſalutem periclitari, et vitam ipſam in extremum discrimen nonnunquam adduci. Itaque etiam atque etiam hortamur medicos publicos, vt, ſicubi quaeritur in cauſa iudiciali de eo quod fieri poteſt et non poteſt, aut de eo quod neceſſarium eſt per leges naturae humanae, ab eorum ſibi temeritate caueant et audacia, qui nihil in his rebus non certa ratione probatum et concluſum exiſtimant. Igitur qui in illa a nobis inſtituta dubitandi et in omnem partem quaerendi diſciplina, aduerſarios ſe nobis nuper obiecerunt, noſtrum conſilium et inſtitutum plane non perſpexerunt. Sed cum his volumus alio tempore experiri ſummo iure: nunc eos, vt vel in medicina forenſi non inducant phyſiologiam ſuam certis et indubita-

tis principiis ſtabilitam, propter hominum iura exoramus. Enimuero in hominum iuribus vel maxime hoc eminet, vt reus non probabilibus, ſed certis rationibus coarguatur. Nunc quoniam criminis et culpae argumenta medicorum iudicio vel maxime ſuppeditantur, hos circumſpicere oportet diligentiſſime, ne aut inanes ſuſpiciones afferant, aut veras et legitimas vltra veritatis modum extollant et augeant. Igitur vt veriſimile ſit, vulnus, quod in cadauere deprehendatur, inſanabile futurum fuiſſe: tamen, ſi quidem certum non eſt, non debet affirmari. Sed in hoc ipſo nimirum frequentiſſime peccatur, quod multa, quae plerumque euenire ſolent et quaſi ad vulgarem naturae conſuetudinem et vſum propius accedunt, neceſſaria ac certa eſſe putantur.

Quae prudentia in iudicando et moderatio quam ſit neceſſaria ad illum forenſem vſum phyſiologiae, exemplo partus ſerotini oſtendam; ſuper cuius veritate magnae ac graues eſſe ſolent et medicorum, et iureconſultorum disputationes. Et maxima huius loci ambiguitas et difficultas in eo verſatur, quod, res ipſa fieri poſſit, an non poſſit, eſt diiudicandum.

Foemina non nupta viginti annorum, ſpe matrimonii decipitur et corrumpitur ab homine vna et libidinoſiſſimo et inconſtantiſſimo atque leuiſſimo, qui illam ſuo congreſſu pollutam et violatam turpiter derelinquit. Cum ſe grauidam ſentiret, iſtius prauitatem et iniuriam conqueſta eſt ſic, vt prolis alendae et educandae ſumptus ab eo expoſceret. Hic autem, quanquam cum ea extremo menſe Decembri concubuiſſe non diffitebatur, tamen ex ſe grauidam eſſe mulierem, conſtanter negauit. Cuius infitiationis percommodum ei argumentum extitit partus mora inſolita, quippe qui vltra initia vndecimi menſis protraheretur. Igitur grauiditatis cauſam a ſe ſtuduit amouere iniecta ſuſpicione coitus ſerioris, quem

cum alio viro quocunque iſta mulier habuiſſet. Cui ſuſpicioni ſtatim in principio, namque nondum erat lis ad probationem deducta, morbum illa oppoſuit medicique ſententiam, qui hoc morbo parturiendi conatus et motus impeditos atque retardatos fuiſſe, teſtificaretur. Caeterum eiusmodi res et conditio erat, vt ad probandum crimen, quod ſui purgandi et abſoluendi cauſa reus in foeminam confinxerat, nullum notabile momentum poſſet inueniri.

Non dubito aliquos futuros fuiſſe, qui hunc partum vndecimeſtrem, vix inſpectum et exploratum abieciſſent, tanquam ſpurium et fraudulenter ſuppoſitum. Nos vero illum ita amplexi ſumus ac tuiti, vt, niſi probata fuerit ſuſpicio coitus ſerioris, eum in ſe legitimum eſſe affirmaremus. Nam etſi non poteſt dubitari, quin cuique generi animalium certa quaedam lex definita et praeſcripta ſit, ad gignendi maturitates temporaque pariendi: tamen in his nihil ita conſtans et perpetuum deprehenditur, vt fieri non poſſit naturae aberratio.

Deinde ne illud quidem magni momenti eſſe putamus, quod obſeruationes de partu ſerotino pleraeque omnes ſuſpicionem manifeſtae dicuntur habere falſitatis; vtpote non ductae a foeminis nuptis, ſed vel a viduis, vel ab aliis, quarum e re eſſet partus retardationem ſimulare. Nam foemina in legitimo matrimonio viuens, quantumuis ei pariendi tempus protrahatur, id vix vnquam diligenter notabit, nec minime omnium aut phyſiologis, aut iureconſultis indicabit.

Igitur cum ad Ordinem Noſtrum haec quaeſtio deferretur:

*Ob eine Möglichkeit vorhanden, daſs das von der Klägerin, beſage des Taufzeugniſſes* fol. — *beygehender Acten, am — — gebohrne Kind in dem von dem Kläger mit der Klägerin einige Tage vor — — getriebenen Beyſchlafe könne erzeuget*

*zeuget worden ſeyn? und wenn ſolches möglich, ob aus den von einem verpflichteten Arzte* fol. — — *angeführten Gründen für der Klägerin Vorgeben einige Wahrſcheinlichkeit entſtehe?*

reſpondimus hoc modo:

*Anlangend erſtens überhaupt die Möglichkeit: Obwohl 1) die Natur, in allen lebendig gebährenden Thieren, von der Empfängniſs bis zur Geburt einen gewiſſen Zeitraum beſtimmt zu haben ſcheinet; den man beſonders an einigen Zucht- und Hausthieren, welche, wie unter andern die Pferde in den Stutereyen, in der Begattung, von der Willkühr und ökonomiſchen Anordnung der Menſchen abhangen, ſehr genau berechnen kann; 2) daſs auch in der menſchlichen Natur dergleichen Regel und Ordnung feſtgeſetzt ſey, um deſto zuverläſſiger anzunehmen ſeyn möchte, da der Anfang oder die Mitte des zehenten Sonnen-Monats ſchon von den älteſten Aerzten, als das Ziel der Schwangerſchaft gerechnet worden iſt; 3) die entgegengeſetzten Fälle, welche man von verſpätigten Geburten, in mediciniſchen auch juriſtiſchen Schriften, hin und wieder angeführt findet, dadurch ſehr viel von ihrer Glaubwürdigkeit verlieren, daſs ſie meiſt immer entweder nur Witwen, welche ihre vergeblichen* Poſthumos *als legitim erweiſen, oder unverehelichte Weibsperſonen betrafen, welche ihre Alimentations- und Eheklagen begründen wollten.*

*Dennoch aber da, 1) auch in Thieren, und nahmentlich in ſolchen, bey denen man die Zeit der Begattung und der Empfängniſs, bis auf einige Tage ziemlich genau wiſſen kann, Beyſpiele von ſehr verſpätigten Geburten nicht unerhört ſind; wie denn in den Fragmenten zur Arzney-Natur-Kunde und Geſchichte II. Frf. am Mayn 1781. S. 76. eine unverdächtige Erzählung von einer Kuh zu leſen iſt, welche nach dem Verlauf der erſten zwey Drittheile ihrer ungezweifelten Trächtigkeit, an Leibesſtärke abnahm, und, ſogar ohne*

*ne krank zu ſeyn oder die Milch zu verlieren, erſt nach einem Jahre ein todtes Kalb brachte; 2) die Verfaſſung der menſchlichen Natur, in dieſer Rückſicht, weder aus der Theorie, noch auch aus der für einen ſolchen Gegenſtand viel zu mangelhaften und unſichern Erfahrung, in dem Grade bekannt iſt, daſs man eine bis zur Mitte des eilften Sonnenmonats verſpätigte Geburt für phyſiologiſch unmöglich erklären könnte; indem ſich vielmehr eine ſolche Verſpätigung, in dem menſchlichen Weibe, bey dem gröſsern Einfluſſe der Nerven und Gemüthsbeunruhigungen, weit leichter, als bey den Thieren begreifen läſst; 3) der mehr philoſophiſche, als mediciniſche Einwand, daſs die Erzählungen von verſpätigten Geburten meiſt immer nur Witwen und unverehelichte Weibsperſonen betrafen, der ſonſt bewährten Glaubwürdigkeit dieſer Erzählungen darum keinen Abbruch thun kann, weil, ohne gerichtliche Streitigkeiten, dergleichen über dieſen Punkt nur Witwen und unverehelichte Weibsperſonen zu haben pflegen, für Frauen, die in einem ununterbrochenen Eheſtande leben, kaum ein Anlaſs und Bewegungsgrund Statt findet, den Zeitraum ihrer Schwangerſchaft von der Empfängniſs bis auf die Entbindung ganz genau zu berechnen, oder die Verſpätigung der Geburt, ſofern ſie derſelben, bey dem zu Anfang meiſt immer fortgeſetzten Beyſchlafe, gewiſs ſeyn können, kund zu machen; nun aber auch von verheyratheten Frauen, ohne allen Zuſammenhang mit Rechtsſtreitigkeiten und ohne alle Beziehung auf beſondere und durch dergleichen Erdichtungen beförderliche Zwecke, in den Schriften der Aerzte und Hebammenmeiſter, Beyſpiele verſpätigter Geburten hin und wieder aufgezeichnet ſind; dergleichen in den* Abhandlungen der mediciniſch-chirurgiſchen Academie zu Wien, I. B. 1787. S. 102. *von einer zehnmonatlichen, und in* Starkens Archiv für die Geburtshülfe, II. B. III. St. Jena 1790. *von einer eilfmonatlichen Geburt, und in dem letztern Werke mit dem Zuſatze des Verfaſſers und des Herausgebers, daſs, ihrer Bemerkung nach, die*

*Schwan-*

*Schwangerſchaft bey mehrern Frauen mehr als Monate über die angenommene Zeit gedauert, erzählt werden; und ſonach, vor der Hand und bis eine zuverläſſigere Theorie, oder vollſtändigere Erfahrung zu apodictiſch gewiſſen Behauptungen, in dieſem Theile der Phyſiologie, berechtigen wird, vernünftiger Weiſe, in der gerichtlichen Medicin der Grundſatz angenommen werden muſs, daſs eine, auch bis zur Mitte des eilften Monates, verſpätigte Geburt, an ſich ſelbſt für möglich zu halten:*

*So urtheilen Wir:*

> *Es ſey eine Möglichkeit vorhanden, daſs das von der Klägerin beſage des Taufzeugniſſes* fol. — *beygehender Acten am — — — gebohrne Kind in dem von Beklagten mit der Klägerin vor — — im J. — — getriebenen Beyſchlafe erzeugt worden ſey.*

*Anlangend anderns die Wahrſcheinlichkeit in Anſehung der Klägerin. Obwohl die bey der Beantwortung des erſten Theils der Frage, in Anſehung der Möglichkeit verſpätigter Geburten, angenommenen Grundſätze, in einzelnen vorkommenden Fällen allezeit dahin einzuſchränken ſind, daſs jeder Umſtand, welcher einen ſpätern und mit der gewöhnlichen Geburtszeit übereinſtimmenden Beyſchlaf wahrſcheinlich machet, die Glaubwürdigkeit der angeblich verſpätigten Geburt ſehr vermindert; nun aber in dem Einlaſſungsſatze Bl. — und der auf deſſen Replik gefolgten Duplik, Bl. — dem Anführen der Klägerin, daſs ſie von der einige Tage vor — — mit dem Beklagten eingegangenen fleiſchlichen Vermiſchung ſchwanger worden, dieſes wirklich entgegen geſetzt werden wollen;* 2) *man vielleicht, um die verſpätigte Entbindung der Klägerin, als eine ungewöhnliche Naturerſcheinung, für wahrſcheinlich zu halten, auſserordentlichere und wirkſamere Vorfälle,*

*als*

*als die in dem mediciniſchen Atteſtat angeführten, erfordern möchte; endlich auch 3) dieſe Umſtände, welche die Geburt ſo lange aufgehalten haben ſollen, von dem Phyſicus nicht aus eigener Beobachtung, ſondern nur nach der Privat-Anzeige des Vaters der Klägerin, und nach dem allgeminen Gerüchte, angegeben werden:*

*Dennoch aber da 1) der Einwand einer ſpäten Vermiſchung mit einer andern Mannsperſon einestheils noch nicht zum Beweiſe gediehen iſt, anderntheils, wenn er auch durch Geſtändniſs und Beweis völlig begründet wäre, ganz auſser der Uns vorgelegten Frage liegen würde; 2) ein drey Monate dauerndes Fieber ſchon für ſich allein, wie viel mehr bey dem hinzugekommenen Gemüthskummer Bl. — vermöge der durch beyde Urſachen begreiflichen Schwächung der Nerven- und Lebens-Kraft, jede Naturwirkung, mithin auch die Ausbildung und ſelbſt die Fortbewegung der Leibesfrucht, in der Klägerin, zurückſetzen und aufhalten konnte; wie in dem aus den Jahrbüchern der Wiener Academie angeführten Beyſpiele ſehr deutlich zu erſehen; 3) endlich, bey Unſerm Urtheile, in der Maaſse, in welcher daſſelbe von Uns in der Frage begehret worden, die Wahrhaftigkeit der in dem gründlich verfaſsten mediciniſchen Atteſtat angeführten Umſtände, als wohl unterſucht und zuverläſſig voraus geſetzt werden darf:*

*So urtheilen Wir:*

*Daſs, aus den von einem verpflichteten Arzte angeführten Gründen, für der Klägerin Vorgeben einige Wahrſcheinlichkeit entſtehe.*

---

Candidatus, cuius, per hanc proluſionem, panegyris indicitur, eſt

## GEORGIVS AVGVSTVS MAVRITIVS WOHLRABIVS

### SORAVIA - LVSATVS

### MEDICINAE BACCALAVREVS

cui Ordo Noſter praeclaram doctrinam omnibus modis exploratam et probatam, me interprete publice teſtatur. Natus eſt a. LXVIII. patre Georgio Sigismundo, mercatore, aliquot abhinc annis defuncto; matre Ioanna Ludouica Krauſia. Vtriusque parentis in ſe educando diligentiam ac fidem tum maxime quoque Heinſii Procuratoris fiſci Electoral. et Conſulis Sorau. atque Pfersdorfii, Praetoris, eximiam liberalitatem ac beniuolentiam gratus laudat ac celebrat. Poſtquam in ſchola patria ad litterarum humaniorum ſtudium ac ſenſum conformatus eſſet a Lindnero, Mauckio, Rheinio, Boemacko, Mückio, Kühnio, quibus vehementer ſe obſtrictum profitetur. A. LXXXVIII. ciuis Acad. noſtrae factus eſt a Burſchero, tum Rectore. Philoſophiae cauſa meam ſcholam frequentauit. Matheſin a Beckero ſuo familiari, Phyſicen a Kuehnio, chemiam ab Eſchenbachio, hiſtoriam naturalem a Ludwigio, botanicen ab eodem et Baumgartenio accepit. In anatome Haaſium, Ord. Med. Sen. Grauiſſ., Ludwigium et Fiſcherum, in phyſiologia Hebenſtreitium, ;Kuehnium et me quoque, in pathologia b. Krauſium et Hebenſtreitium, hunc eundem

eundem et Kochium in materia medica magiſtros habuit. Ad Semioticen ab Hebenſtreitio, ab eodem et a Kochio ad vtramque therapiam inſtitutus eſt. Praeterea Daehnii auditionibus interfuit, in quibus diuerſa genera morborum particularium illuſtrarentur. Chirurgiam Ludwigio et Hebenſtreitio, artis obſtetriciae praecepta Gehlero et Richtero in acceptis refert; medicinae forenſis cauſa Hebenſtreitio adſedit. Curationum chirurgicarum faſciarumque adhibendarum modum et artem ab Eckholdo didicit. Et cum omnibus praeceptoribus ſuis gratiſſimum animum profitetur, tum inprimis Kochio; qui Noſtro per aliquot annos in morborum curatione miniſtro ita vſus eſt, vt omnem viri medendi modum perſpiceret atque addiſceret. Menſe April. XCIII. poſt tentamen per colloquia, factus eſt Baccalaureus: tum a. XCVII. acroaſes publicas habuit, vt ad ſecundum colloquium ſibi viam pararet: ex quo diſceſſit vnanimi omnium et honorifica ſuffragatione. Nunc quoniam legibus Ordinis Noſtri inſtitutum eſt, vt qui ſummos honores rogaſſent, antequam eorum capeſſendorum veniam conſequerentur, publicam diſputationem haberent: ſcripſit libellum hoc indice: De doctrina electricitatis eiusque vſu potiſſimum medico: quem d. III. Aug. ab h. IX. defendet Praeſide Viro Excellentiſſimo, Carolo Gottlobo Kuehnio, Philoſ. et Med. Doct. Prof. Extraord. Facult. Med. Lipſ. Aſſeſſ. vicar. Collegii Min. Princ. Collega, Societ. Oecon. Lipſ. Acad. Scientiar. Diuion. Societ. Med. ac Chirurg. Heluet. et Sydenhamicae Halenſis Socio, Collega Coniunctiſſ. Deinde ego ab h. XI. Cancellarii vice et auctoritate, veniam ei hanc atque poteſtatem tribuam, vt Medicinae Doctoris iura et ornamenta capeſſere queat: breuem habiturus orationem. Quam ego panegyrin vt ritu ſolemni indicerem, hanc, Rector Academiae Magnifice, Illuſtriſſimi Co-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-755462-p0013-9

Comites, Vtriusque Reip. Proceres Grauiſſimi, Ornatiſſimi denique Commilitones et Humaniſſimi, ad Vos proluſionem ſcripſi.

P. P. Dom. VIII. p. F. Trinit. cIↃIↃCCXCVIII.

---

LIPSIAE

EX OFFICINA KLAVBARTHIA.

Uk 598

(1813)

ULB Halle 3
002 043 564

Sb

4028

hc

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-755462-p0015-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-755462-p0016-6

7

# ERNESTVS PLATNERVS

VNIVERSITATIS LITTERARVM

LIPSIENSIS

H. T.

# PROCANCELLARIVS

PANEGYRIN MEDICAM

D. III. AVG. CIↃIↃCCXCVIII

IN AVDITORIO MAIORI

CONCELEBRANDAM

INDICIT

---

QVAESTIONES MEDICINAE FORENSIS.

VI. DE PARTV VNDECIMESTRI

OBSERVATIO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-755462-p0017-1